

ALBERICI
GENTILIS *auctoris
damnati*
I. C. PROFESSORIS

Regii,
A D

TIT. C. DE MALEFICIS ET
*Math. & ceter. similibus, opus cum Excerptis
gat. permissum*
COMMENTARIUS.

ITEM

argumenti eiusdem,

COMMENTATIO

AD L. III. C. de professorib.
& medic.



*Excerptis de
Indice del año de
1705 con Comision
del 1.º Tribunal
Madrid 1º de Mayo
19. del 1719.
D. Samaniego*

HANOVIAE
Apud Guilhelmu Antonium,
MDCIV.

Hoc habes COMMENTARIO

precipue de

Sortilegiis, Veneficiis,
Astrologia, Physiognomia,
Incantationibus, Vaticiniis,
Strigis, Fascinatione,
Necromantia, Somniis.


Sequenti *Commentatione de*

Poetis, & pag. 81.
Histrionibus.

REVER.

14948(2)

Q 14690329



ALBERICI GENTILIS

I. C. COMMENTARIUS AD

tit. Cod. *De malefic.*

& math. & cet.

similibus.



Habes tit. 6. C. T. lib. 9. Sed non habes l. 1. Gl. 1. nostri, & neq; l. 8. Contra habes illic l. 7. 8. 9. 10. 11. quas hic non habes. Ex l. 1. Gl. 2. illinc confecta est nostra tertia.

Sed & d. l. 12. habes in Codice hoc l. 9. *de epis. aud.* In Codice Gregotiano titulus conceptus *De Maleficis, & Manichæis.* qui vna constat lege, quam nullibi habemus: nisi quod eā recitat Licinius Rufinus in *coliat. leg. Iud. & Rom. tit. de mathematicis & Manichæis.* vbi & exscribit alia ex *Flp. lib. 7. de off. procons. tit. de mathematicis, & vaticinatoribus.* cui par titulus 21. lib. 5. *sent. Paul. de vaticinatorib⁹, & vaticinationib⁹, & Mathematicis.* Manichæos iunctos maleficis, & mathematicis audimus, an quia magiq; Manichæiq; ex Persia vtriq; an quod dogmata impia Manichæorū aptissima magiæ sint, & maleficiis? Deū quippe aliterū malū, & malarū creatorē rerū statuebāt.



COMMENTATIO

AD L. III. C. DE PROF.

& medicis.



IT Philippus imperator,
 POETÆ NULLA IMMUNI-
 TATIS PRÆROGATI-
 VA IUVANTUR, Et mihi id
 mirum, sed & aliis fuerit,
 qui non ignoramus, artem

poeticam neque ex earum esse numero, quas
 de ciuitate prudentes, & probi legislatores *C. de malef.*
 exterminare, quasi crimina terribissima, con- *Et math.*
 sueuerunt, sortilegia, necromantias, & id ge-
 nus alia: neque ex his, quas ferunt quidem in
 ciuitate, sed cum nota, vt histtioniam & reli-
 quas edicto prætoris de infamibus compre-
 hensas. Et scimus, artes plerasque omnes ali-
 as inuitari, illici in ciuitatem, legum variis or-
 nari beneficiis, grammaticam, dialecticam,
 rhetoricam, medicinam, de quibus sic cau-
 tum non vno loco nobis est. Legimus, picto-
 ribus tributas immunitates. Et huc igitur *I. S. C. de mag-*
 mihi animum aduerte: atque recogita, quàm *tar. lib. vlt.*
 facit penè eundem poetam, pictoremq; Pla- *de rep.*
 to. & vero sic est & vulgatum illud Simoni-